

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 371

**Auteur(s) :** Guidard de Farcis [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Jumièges, Saint-Pierre (abbaye)

**Genre d'acte :** notice

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** ...1128...

**Action juridique :** donation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Un chevalier, nommé Guidard de Farcis, donne à G[uillaume], abbé de Jumièges, et à ses religieux, toute sa terre sise dans la paroisse de Saint-Martin [-de-Bouafle], à condition qu'il serait reçu gratuitement s'il voulait embrasser l'état religieux. En échange de cette cession, l'abbé de Jumièges donne 60 sous et un palefroi à Guidard de Farcis et, à son fils Guidard, une tunique de la valeur de 7 sous.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Vernier Jules-Joseph, *Chartes de l'abbaye de Jumièges (v. 825-1204)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1916, 2 vol., n° LVI, t. 1, p. 148-150.

### Indications

Piolin Paul, Sainte-marthe Denis de, *Gallia Christiana in provincias ecclesiasticas distributa*, t. XI, Paris, Palmé, 1874, col. 961. Loth Julien (Abbé), *Histoire de l'abbaye royale de Saint-Pierre de Jumièges*, par un religieux bénédictin de la congrégation de Saint Maur, Rouen, Métérie (Société de l'histoire de Normandie), 1882-1885, 3 vol., t. 1, p. 247.

## Dissertation critique

Datation proposée par J.-J. Vernier d'après une note mise au dos de l'acte.

Texte établi d'après a

Notum sit omnibus fidelibus, tam presentibus quam futuris, quod Guidardus miles, cognomine Pontelinus de Farcis, pro redemptione anime sue animeque sue conjugis Eremburgis atque suorum infancium cum cunctis suis predecessoribus sancto Petro Gemetensi ac abbatii V. atque communi capitulo terram suam totam que est apud Sanctum Martinum, secus Medenti opidum, tali tenore et ratione dedit quod ipsi omnes jam predicti fratres fuerint atque participationem cum omnibus fratribus sancti Petri apostoli de omnibus bonis ecclesie semper habuerint, et adhuc, cum ipse Guidardus esse voluerit monachus, absque pecunia ab abate et ab omnibus fratribus recipietur. Illud siquidem donum super altare Sancte Marie ipse, filiis suis concedentibus atque videntibus Hugone, Guidardo, in die solemnitatis omnium sanctorum dedit. Pro hac re dominus abbas V. sexaginta solidos et quendam palefridum Guidardo dedit, et filio suo Guidardo quandam tunicam de .VII. solidis tribuit. Ex parte abbatis Paganus de Genesvilla et Fulco, filius ejus, fuerunt et clientes abbatis. Signum † patris G[uidardi]. Signum filii H[ugonis] †. Signum † tertii filii G[uidardi].

Hoc iterum donum dominus Guasco Pissiaci cum uxore sua Sanscelina et Guasco filius ejus..... suis filiis in sua domu apud domos in nocte festi Sancti Martini..... diei festo libenter concessit.  
Dominus abbas sciens quod..... de feudo Guasconis erat, Guasconi sueque conjugi atque [filiis] suis sexaginta et duos solidos tribuit causa terram jam dictam concedendi. Hujus rei testes : ex parte Guasconis, Guillelmus Sagittarius, Radulfus filius Rodberti prepositi Pisiaci ; ex parte abbatis, Rogerius monachus, Radulfus sacerdos. Signum Guillelmi †. Signum Guasconis patris †. Fulco de Sancto Martino. Guidardus de Farcis. Signum † Sansceline. Signum † Guasconis filii. Signum † Gualterii. Signum † Odmundi. Signum † Rodberti. Signum † Gaufridi.